

IOANNES DVX MEGAPOLENSIS.



Ioannes filius fuit Heinrici ducis Megalopolen-
sis, qui pietate & prudentia insigni erat prædi-
tus. Cum autem pater felicem filij indolem & præ-
clarum ingeniū intellexisset, eum bonis literis in-
stituendum curauit, atque optimis præceptoribus
tradidit. sub ijs adeò profecit, ut linguarum & ar-
tium mediocrem cognitionem acquisierit. Postea
amore literarum Lutetiam profectus, per uiginti
annos ibi perstitit, atq; in Philosophia plurimum
promouit. Habebat in eo loco duos reges iuue-
nes, Malsiliæ scilicet & Cypri commilitones & so-
cios, præterea Hennenburgensem comitem. Ita-
que adeo ex longa familiaritate quatuor illi ani-
mis coniunctis uixerunt, ut tandem Ioannes duas suas sorores duobus regi-